

Ecclesia, licet percipiat duplices fructus, tamen non recipit duplices distributiones, quia hæc dantur propter assistentiam, quia hæc est una, & non duplex, & ideo portio distributionis non debet multiplicari, nisi alicubi legitima consuetudine contrarium habeatur, ut docent Francus, Ludovicus Gomez, Rochus de Curte, quos refert Covar. lib. 3. variar. quæst. 13. & alii, quos refert, & sequitur Bonac dispensatione 2. de horis Canonic. quæst. 4. punct. 3. quia distributiones sunt stipendia personalia, pro opere & præsentia, quæ est una, & non duplex.

Francus Gomez. Rochus Bonacina.

QUESTIO VI.

An Ecclesiasticus ex superfluis sui beneficii possit thesaurizare ad faciendum unum hospitale, vel collegium?

SUMMARIUM.

- 35 Prima sententia a qui thesaurizantes.
36 Alii dicunt, quod quando, non est necessitas præfens, ex his quæ supersunt, possunt emi possessiones, vel poni in thesauro.
37 Ponnitur varii casus, qui si non dentur, bene possunt Ecclesiastici congregare pecunias ad opus pium faciendum.

Gerlon. Carthusian. Abulensis. Navar. Soto. Sanch.
36. D. Thom. Caietan. D. Anton. Navar. Abulens. Onchag. Soto. Sanchez. Valquez.

37. Juxta mentem Doctorum D. Thomæ, Soti, Caietani, Sanchez, Valquez, quos proximè citavi, & etiam Molinæ disp. 145. §. Dubium etiam, Cardinalis Lugo tom. 1. de justitia. disp. 4. sect. 3. num. 41. Ecclesiasticus se debet habere in hoc negotio tanquam bonus economicus, ac Paterfamilias. Primò si graves necessitates in præfenti urgent, non potest pecunias recondere, nec thesaurizare, cum alii pereant. Secundò, si timetur necessitas seu paupertas imminens, & non est faciè, unde illi valeat subveniri, vel timetur rerum defectus bene potest aliquid recondere pro futuro casu, ut sibi provideat. Tertio, si animo fixo intendit facere aliquod opus bonum, & pium, verbi gratià Collegium Religiosorum, etiam potest

recondere, quia ad tale opus incipiendum requiritur bona pecuniarum copia, hoc tamen debet fieri multa cautione, inquitur Molina, & Lugo citati, vel donatione facta, vel testamento condito, vel emptis possessionibus ad tale, vel tale opus, vel facta firma declaratione talis pecuniæ ac si jam esset applicata ad tale opus; nam quæ jam in pium finem congregantur, si in eorum potestatem deveniunt, qui profanè, ac perditè illa insumant, peccant; unde sanè & prudentissimè ait Ecclesiast. 9. Quodcumque facere potest manus tua instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, ne sententia erunt apud inferos, quo tu properas.

Ecclesiast. 9.

QUESTIO V.

An fructus Ecclesie expendendi sint in pauperes illius loci, an etiam possint extra illum?

SUMMARIUM.

- 38 Prima sententia negat teneri in eodem loco.
39 In eadem sententia Molina, Navaricus, nisi aliud postulet bonum commune.
40 Quinam veniant sub nomine pauperum, & quibus prius subveniendum.
41 Quod duplex sit necessitas.
42 Si pauperes tui Diocesis, vel alterius sunt in communi, tuis pauperibus subveniendum.
43 Si pauperes hujus Diocesis sunt in communi necessitate, alterius in extrema istis subveniendum.
44 An verò prius Ecclesia, deinde pauperibus sit subveniendum.

38.

Questio præfens, an Episcopus teneatur expendere fructus in pauperes suæ Diocesis, an etiam in alios extra illam. Primam sententiam tenet Azor. lib. 7. cap. 11. quæstio secundo, cum Navarro, cui etiam adheret Bonacina tract. 4. de obligatione insumendi fructus, punct. 2. num. 3. Dicunt enim jure communi non esse obligationem distribuendi, vel expendendi in eo loco, cum sacri Canones sanxerint, decimas esse solum ad usus Clericorum, Ecclesiarum pauperum, & peregrinorum, atque advenarum.

Azor. Bonacina Navar.

A qua non distat multum Molina tom. 1. de justitia. disp. 145. §. Illud verò. Vbi etiam cum Navarro ait, non esse necessarium, ut ea pia opera fiant in loco beneficii, quando illud non postulat bonum commune Diocesis, regni, aut totius Ecclesie, v. g. quod Collegium in tali universitate ad alendos ministros Ecclesie, quia si non occurrat peculiaris ratio, talia opera pia debent fieri in utilitatem loci, vel Diocesis, ex qua percipiuntur redditus.

39. Molina. Navar.

Lorca 2. 2. disp. 40. membr. 2. num. 20. & Garcia in summa Theologiae Moralit, tract. 1. diffie. 4. dub. 1. num. 10. inquit quod in fructibus Ecclesiasticis dispensandis, servandus est ordo, ut primo occurratur pauperibus loci, aut Provinciae ex quibus defumuntur fructus beneficii, & hoc opus reliquis præferendum: sub nomine pauperum veniunt Conventus Monialium, ac Religiosorum, & deinde viri nobiles, Comites,

40. Lorca. Garcia.

tes, Duces, ac etiam consanguinei. Deinde aliis, & exteris subveniendum; inde ait Diana. Coordinatus. tom. 4. tract. 7. Resol. 21. alias p. 10. tract. 11. Resol. 36. Ex his ergo olim respondi non posse Cardinalem ex fructibus sui Episcopatus fabricare Ecclesiam Romæ si pauperes suæ Diocesis graviter egebant.

Diana.

41. Pro resolutione quæstionis notandum est, quòd triplex est necessitas, communis, extrema, & gravis. Communis est illa, quam patiuntur communiter pauperes, qui ostium petunt: nomine autem necessitatis extremæ intelligimus illam, quando aliquis indiget necessitatis naturæ ad vitam conservandam; nomine verò gravis dicitur illa, ut explicat Coninch. disp. 27. de charitate, dub. 8. num. 114. & 115. Cardinalis Lugo tom. 1. de justitia, disp. 1. sect. 3. num. 38. §. Hec doctrina, qualis est defectu rerum necessitarum, & in periculo certo incidendi in gravem miseriam, verbi gratià, morbum gravem, longam incarcerationem, & in periculo probabili incidendi in extremam necessitatem, & ex his resolvenda est quæstio.

Coninch.

Lugo.

42. Quando ergo pauperes tuæ Diocesis, & alterius proximæ sunt in eadem communi necessitate, subveniendum est pauperibus tuæ Diocesis, quia tales pauperes sunt tanquam membra illius Ecclesie, tanquam sub suo capite, Ecclesia illa habet jus ad illos redditus, cum sint illi applicati ex decimis; ergo elemosinæ ex illis fructibus primò & maximè sunt faciendæ pauperibus illius loci, cum pertineant ad illam Ecclesiam, & illis pauperibus indigentibus potius subveniendum est quàm ædificare unam Ecclesiam Romæ.

43. Si verò pauperes hujus Episcopatus, cui præest, sunt in necessitate communi alterius verò in extrema, his qui in extrema subveniendum, hoc postulat rectus charitatis ordo, cum etiam laici teneantur subvenire proximo in extremo laboranti, ait Sapiens Proverb. 25. num. 21. Si fuerit inimicus tuus, ciba illum, si sitierit, da ei aquam bibere; quòd non solum de extrema necessitate, sed etiam de gravi, communiter interpretantur Expositores; nam in gravi necessitate constituitur homo in magna miseria & oppressione, ex quo paratur ostium ad multa mala. Inde insita est nobis obligatio ex charitate subveniendi homini constituto in gravi necessitate, ut docet Divus Thomas 2. 2. quæst. 66. art. 1. & alii multi, quos citat, ac sequitur Castro Palaus tom. 1. tract. 6. de Charit. disp. 2. punct. 9. num. 5. Nam licet pauper hujus Diocesis habeat veluti quoddam jus, ut ex redditibus illius Ecclesie, seu ex decimis, illi subveniatur, At ille, qui est in extrema, ad gravi necessitate, habet superius jus ex naturali lege insitum.

D. Thom. Palaus.

44. Divallius.

44. Divallius, 2. 2. tract. de Charitate, quæst. 3. de elemosinæ, for... ait quòd Ecclesiasticus præbendatus debet expendere non solum unam partem, sed etiam superflua in pauperes; Deinde in Ecclesiam, quem ordinem non approbo, sed preferentialiter pro majori expendenda sunt illa in Ecclesiam, vel in pauperes pro ut gravior, ac vehementior exigentiæ occasio postulaverit; eo maximè, quia secundum juris dispositionem necessitas Ecclesiarum præfertur exigentiæ pauperum, nam cum olim

Clerici in communi viverent, & nullarum rerum haberent dominium, sed tantum Episcopus omnia distribuere causa 12. quæst. 1. tamen cum ex tali rerum partitione multa querimoniarum essent exortæ, Summus Pontifex Simplicius anno 471. in quatuor partes fructus divisit. Primam assignavit Pontifici, secundam Clericis pro meritorum qualitate distribuendam: Tertiam Ecclesie fabricæ, quartam pauperibus, cap. de redditibus 12. quæst. 2. Idemque confirmavit Gelasius I. in cap. vobis Gelasius. enim, & 4. quæst. 12. quæ. 2. & Gregorius Magnus cap. cognovimus eadem causa, & quæstione, tamen communiter portio Ecclesie prælata est pauperibus.

QUESTIO VIII.

An Ecclesiastici, si elemosinas debitas non præbeant, non solum mortaliter peccent, sed etiam ad restitutionem teneantur?

SUMMARIUM.

- 45 Quod Ecclesiastici non sunt domini suorum reddituum est prima sententia.
46 Secunda & communis affirmat, eos acquirere dominium.
47 Probatur ex Concilio Trid. & ratione.
48 Unde si bona beneficiorum non expendant in pauperes, peccant, sed non tenentur ad restitutionem.
49 Quod ratio non probatur.
50 Et nullum fundamentum efficax assignatur in contrarium.

Resolutio quæstionis dependet ex alia gravi quæstione, an nempe Ecclesiastici sint domini, ac retineant dominium Ecclesiasticorum reddituum. Negativam sententiam tenent multi graves Auctores Antiqui, Aletis Richardus, Richard. Paludanus, D. Anton. Major, Petrus Sotus Paludan. D. Anton. Major. restat fide, lib. 7. c. 21. & fortiter Navar. de Sotus. redditibus quæst. 1. n. 21. & ut probabiliorè Tanner. Medina. Navar. Secunda sententia, & valde communis tenet Clericos acquirere verum dominium fructuum suorum beneficiorum, Sotus, Bordonus, Reginaldus, Sanchez, Hurtado de Mendoza, Molina, Valentia, Azorius, Turrianus, Reginald. Valquez, Coninch, Sarmiento, quos citant, ac Molina. sequuntur Lessius lib. 2. cap. 4. dub. 6. num. 43. Valentia. Castro Palaus tom. 1. tract. 6. disp. 2. punct. 6. n. 5. Lessius. Diana Coordinatus. tom. 4. tract. 7. Resol. 2. 6. n. 2. Palaus. alia part. 5. tract. 8. Resol. 3. 1. qui constanter do. Diana. cent Clericos habere dominium suorum fructuum;

45. Aletis. Richard. Paludan. D. Anton. Major. Sotus. Medina. Navar. Tanner. 46. Sotus. Bordon. doza, Molina, Valentia, Azorius, Turrianus, Reginald. Molina. Sanchez. Valentia. Lessius. Palaus. Diana. 47. Trident. Probatur: Primò ex Concilio Trid. sess. 22. c. 3. de reformat. ubi expressè dicitur Absentes fructus suos non facere, nec de eis acquirere dominium. Ergo residentes fructus suos faciunt, & de eis acquirunt dominium Secundò ut patet ex calce superioris quæstionis num. 44. sacri Canones dividunt ipsos fructus inter Clericos, Ecclesiam, ac pauperes frustra autem talis

L. r. C. Com-  
munia.

talis divisio fieret, nisi Clerici dominium com-  
pararent, quia divisio rerum communium, &  
illarum assignatio cuilibet facta dominium  
confert juxta l. 1. C. communia utriusque judi-  
cii, ait ibi lex: *Divisionem praeiorum vicem  
exemptionis obtinere placuit.* Tertio, quia illa  
pars fructuum assignata est Clericis in praemium  
sui laboris residentiae; nam *dignus est  
mercenarius mercede sua.*

48.

Unde docent Auctores nostrae secundae sen-  
tentiae, Clericos acquirere dominium fructuum  
beneficiorum suorum, unde si ea, quae eis su-  
perant pro sua sustentatione, in alios usus  
etiam profanos expendunt, & non in eleemo-  
synas, & in alia opera pia, ad quae tenentur  
peccant quidem mortaliter, sed minime ad res-  
titutionem tenentur.

49.

Palaus.

Quod citatis multis Auctoribus probat  
Castro Palaus citato, n. 5, quia rigida justitiae  
obligatio non est imponenda sine manifesto  
Textu, ac aperta ratione; atqui nullus est  
Textus, nec aperta ratio ad talem obligatio-  
nem persuadendam; ergo non est imponenda,  
imprimis nec est Textus apertus, quia si in  
aliquibus decretis vocantur Clerici, qui non  
sunt eleemosynarii, raptores pauperum, ho-  
micidae, hoc dictum est per exaggerationem,  
vel ad excitandum ad eleemosynas faciendas,  
vel sermo est de illis Clericis, qui non con-  
tinenti sua tertia parte, sed etiam de illa, quae  
est pauperum defraudant, vel est sermo de sa-  
cularibus avaris, de quibus Patres frequenter  
loquuntur, ut dicit D. Thomas 2. 2. quae. 18.  
art. 7. ad primum.

Thom.

50.

Quod autem nulla sit efficax ratio contra-  
rium persuadens; inde probatur: Quia fru-  
ctus beneficium praecipue consistunt in decimis,  
primitiis & obligationibus, quae non liberali-  
ter, sed titulo justitiae dantur a populo Dei mi-  
nistris, ut inserviant nempe Ecclesiae, & po-  
pulo; ergo in his non potest populus aliquam  
justitiae obligationem imponere, ab Ecclesia  
autem non constat sub tali onere datos fuisse  
fructus, imo potius bono fundamento oppo-  
situm colligitur, ex eo quod Ecclesia non res-  
cidat, nec annullat donationes profanas, &  
excessivas factas a Clericis in detrimentum  
pauperum; & si pauperes haberent justitiae jus  
ad sustentationem ministrorum superfluum,  
Ecclesia non permitteret eos ita defraudari.

QUESTIO IX.

An Religiosus factus Episcopus absol-  
vatur a voto paupertatis, ut prodige  
largiens non teneatur ad restituti-  
onem?

SUMMARIUM.

- 51 Prima sententia concedit in beneficio perpetuo,  
non vero amovibili.
- 52 Prima sententia affirmat, quod ex eo quod Re-  
ligiosus assumptus sit ad Episcopatum, quod  
sit absolutus a voto paupertatis.
- 53 Contraria sententia est vera, & communis.
- 54 Probatur efficaci ratione.
- 55 Ponitur argumentum ex cap. statutum.

56 Respondetur ad argumentum, & explicatur  
praedictum cap.

Extra controversiam est, quod si Religio-  
sus habet aliquod beneficium sive regula-  
re, sive saeculare quod nullum habet domi-  
nium, sed totum est penes suum monasterium,  
solumque illi datur administratio in pios usus;  
& tunc non peccabit mortaliter contra votum  
paupertatis. Valq. de redditibus, cap. 3. dub. 8.  
distinguit de Religiosis assumptis ad benefi-  
cium regulare, vel saeculare, nam si benefi-  
cium est amovibile non facit fructus; at vero  
si est perpetuum beneficium, & extra obedi-  
entiam Praelati, eodem modo de fructibus be-  
neficii potest disponere, ac alii clerici, sed con-  
traria sententia est omnino communis, liqui-  
dem adhuc tenetur strictus voto paupertatis,  
nec alius est Doctor, qui contrarium dicat. Ita  
Sanch lib. 6 in Decalog. cap. 6. num. 36. Castro  
Palaus statim citandus.

57.

Valquez.

Tota difficultas est, de Religioso assumpto  
ad Episcopatum, an ipso facto sit liber a voto  
paupertatis; prima sententia est affirmativa. Ita  
Sorus, Michael Medina, Angelus, Valquez, &  
multi alii, quos citant, ac sequuntur Alphon-  
sus de Leone de offic. Confessor p. 1. relect. 11.  
n. 178. Marq. lib. de orig. Eremitar. 5 August.  
cap. 5. & 4. Hurtadus de Mendoga, in 2. 2.  
disput. 360. sect. 3. §. 156. & eam probabiliorum  
dicit Sanchez citandus & multi alii, quos citat  
ac sequitur Diana part. 1. tract. 2. Resolut. 30.  
& ipse Diana Coordinatus, tom. 4. tract. 7. Re-  
sol. 26. alias p. 5. tract. 8. Resol. 31. qui asserunt  
Episcopum non manere cum voto paupertatis  
sed acquirere verum dominium ac si nunquam  
fuisset Religiosus. Unde si aliquis Episcopus  
Religiosus expendat fructus reddituum Eccle-  
siasticorum in usus profanos, peccabit mor-  
taliter ut ceteri Episcopi, saeculares sed non  
tenebitur ad restitutionem, fundamenta postea  
ponant.

52.

Sorus.  
Molina.  
Angelus.

Valquez.

Alphonfus.

Hurtadus.

Sanchez.  
Diana.

53.

Contraria tamen sententia, quae est valde  
communis, & mihi verior est, quae tenet Episco-  
pum Regularem manere strictum voto pau-  
peratis, & non effici dominum reddituum Ec-  
clesiasticorum, sed solum esse administram-  
tem; unde ille supervacue, & prodige lar-  
giens atque etiam accipiens tenetur ad res-  
titutionem. Ita D. Thom. 2. 2. quae. 185. art. 8.  
Cajet. Soto, Navarr. Valentia Covarruvias,  
Molina, quos citant, ac sequuntur Sanch. cum  
multis citatis lib. 6. Decalog. cap. 6. n. 8. Lessius  
de justitia lib. 2. cap. 4. dub. 8. n. 29. & cap. 41.  
dub. 11. num. 92. Agidius Coninch. disput. 27.  
monitio. 11. num. Castro Palaus tom. 1. tract. 6.  
disp. 11. punct. 8. num. eamque sic probat.

D. Thom.  
Cajet.  
Soto.

Valentia.

Covarr.

Molina.

Sanch.

Salmient.

Palaus.

54.

Primo: votum ex sua natura obligat, ex  
jure divino, ac naturali, ergo votum pauper-  
tatis factum a Religioso, etiam Episcopo ad-  
huc manet in sua observantia: maxime cum  
de illius dispensatione nullus assignetur tex-  
tus, obligatio voti est expressa, dispensatio non  
apparet, ergo voti obligatio perseverat. Sec-  
undo. Vota Religiosorum in tantum pote-  
rant dispensari, si obstarent muneris Episcopa-  
li, sed abdicatio domini non obstat tali mu-  
neri, concessa libera facultate administrandi  
redditus Episcopales, caeteraque bona in usus  
pios

55.  
C. Statutum.

pios, & decentes, ergo nulla est ratio, ut dica-  
tur dispensatus in voto paupertatis.

Argumentantur adversarii pro prima sen-  
tentia, ex c. statutum 18 quae. 1. ubi dicitur:  
*Statutum est secundum Patres, a Synodo confir-  
matum est, ut monachus, quem electio Canonica,  
a jugo regulae monasticae absolvit, & sacra ordi-  
natio de monacho Episcopum fecit velut legitimus  
habet potestatem sibi hereditatem, postea jure vin-  
dicandi potestatem habeat.*

Respondetur ad argumentum, quod cum  
dicitur, quod electio canonica cum *absolvit  
a jugo regulae monasticae*; intelligitur quoad re-  
gulares observantias & claustrum, cum ad  
majus bonum factus Episcopus ordinetur ad  
visitandum, ac alia officia agenda, cum au-  
tem dicitur, quod acquirit jus ad heredita-  
tem paternam, non pro se, sed pro sua Eccle-  
sia, sicut existens in monasterio jus compa-  
rabit, non pro se, sed pro monasterio; factus  
autem Episcopus vota non laxantur ei, nisi  
quatenus muneris Episcopali obstant, tanquam  
abdicatio domini, dummodo talis Episcopus  
habeat plenam administrationem bonorum  
Ecclesiasticorum, qualem jura illi permittunt  
tum ad suam sustentationem, tum ad causas  
pias, ut resolvunt Fr. Manuel Rodrig. Gaff.  
Tapia, Sordus, Azor, Lessius, Sanchez, quos  
citatur, & sequitur Barbosa in collectanea ad ci-  
tatum caput statutum, n. 13.

Rodrig.  
Gaffius.  
Tapia.  
Surdus.  
Azor.  
Lessius.  
Sanchez.  
Barbosa.



RESOLUTIO XXXIII.

De Sanctissimo Parente Elia.

QUESTIO PRIMA.

An Epistola, quae allatae sunt ab Elia ad  
Ioram Regem sint Missae ab Elia, &  
post ejus raptam?

SUMMARIUM.

- 1 Status quaestionis.
- 2 Ratio dubitandi.
- 3 Opinio Cajetani.
- 4 Sententia Vasabli.
- 5 Vera & communis sententia, quod sunt Missae  
a Mag. Parente Elia.
- 6 Quae sententia triplici fundamento probatur,  
num. 7. & 8.
- 9 Aliqui existimant, quod Epistola fuerunt re-  
latae ab Elia antequam raptarentur.
- 10 Vera sententia, quod tunc epistola fuerunt al-  
latae, & missae, n. 11. & 12.

Paralip. 12.

In hoc Magno, & Sanctissimo Parente  
Elia multa dicam toto Opusculo tertio,  
& multis aliis in locis; nunc vero du-  
bium est, an Epistola illae, de quibus scribitur,  
2. Paralip. 21. n. 12. dum agitur de Ioram Rege,  
dicitur *Allatae sunt ei litterae ab Elia Propheta,  
in quibus scriptum erat, haec dicit Dominus Deus,  
&c.* in illis obijciuntur horribilia crimina,  
ac execranda ejus facinora, & denunciabatur

miserabilis ejus interitus, ac illius totius fami-  
liae, tota quaestio est, an hujusmodi epistolae  
fuissem missae ab Elia.

Ratio dubitandi est manifesta, quia Elias  
raptus est in caelum 18. anno Regni Josaphat  
juxta Salianum anno mundi 3139. n. 20. Josa-  
phat autem regnavit 26. annis, ut constat ex  
1. Reg. 22. n. 42. Praedictae autem litterae ad-  
ductae sunt Ioram filio ejus regnante, ut constat  
ex citato loco Paralip. ac proinde octo, vel  
novem annos post raptum Eliae. Salianus eas  
dicit allatas anno mundi 3148. n. 5. ergo  
anno nono post Eliam translatum, allatae sunt  
hujusmodi Epistolae ut etiam habet Chroni-  
con Hebraeum cap. 17. quod cum mirum videatur,  
in varias sententias fecit abire Doc-  
tores.

Salianus.

Reg. 22.

3. Reg. 22.

Caictan.

Caictanus ad citatum locum Paralip. existi-  
mat Eliam, qui Regi Ioram scripsit, aliam  
ac diversam fuisse a Magno Elia Tesbite;  
contra quem Cornelius a Lapide insurgit asse-  
rens: *Id non habere verisimilitudinis speciem,  
& novo sine fundamento dici, nec pro se aliquem  
citari Auctorem.*

Secundo Vatablus in notis marginalibus  
ad supracitatum locum Paralipomenon. Sub Vatabl.  
nomine Eliae interpretatur Eliaum, quia Elia  
professione, statu, ac habitu discipulus erat,  
cujusque spiritus successor, ac heres habebatur.  
Haec tamen sententia aliena est a mente scripturae,  
quae non solet nomen unius personae pro  
alia nec nomen unius hominis pro alio ponere

Vatabl.

5.

Communis, ac vera sententia quam sequi-  
mur; affirmat Eliam magnum Dei Zelato-  
rem; Israelis amicum has litteras scripsisse,  
quibus impio Ioram, mortis supplicium,  
ac graves poenas minabatur, quia recederat  
a vestigiis patris sui Josaphat, & quia post  
viam iniquitatis, ac idola abierat. Pro hac  
sententia sicut fortiter antiqui Hebraei, Au-  
ctor Seder Olan cap. 17. Josiph. lib. 9. Anti-  
quae, cap. 2. Aben Ezra in 4. Malach. Sixtus Aben Ezra  
de en. lib. 2. Bibliothec. verb. Eliae & ad 2. Sixtus Sen-  
Lira. Sa. Sanchez, Cornelius  
a Lap. Tirinus, Miranda, Ercus, Malveda ibi  
& etiam lib. 10. de Antich. cap. 2. in excursu de  
Elia. Scarius 4. Reg. 2. Adricomius in chronice.  
anno 3056. num. 2. 2. Torniel anno 3246 Gene-  
brardus lib. 1. chronol. Salianus citatus anno  
3148. num. 5. & Lezana tom. Annal. anno 3148. Torniel.  
num. 2. Acosta lib. 3. de noviss. tempore cap. 7. Genebrard.  
Camartus de Gestis Eliae cap. 6. sect. 10. Petrus  
Maturus in notis ad S. Antonium 1. part. his-  
toriar. tit. 3. c. 3. §. 1. Fr. Franciscus a S. Maria  
lib. 1. histor. Propheticae cap. 29. num. 7. Callana-  
te in Prat. Carmel. Decoris anno 3123. num. 3. Fr. Anton.  
Fr. Anton a Maire Dei in Isagoge scrip. Prael. 1.  
dub. 7. n. 13.

Sedar Olan.

Josephus.

Aben Ezra.

Sixtus Sen.

Lira.

Sa.

Sanchez.

Cornelius.

Miranda.

Ercus.

Malveda.

Adricom.

Torniel.

Genebrard.

Salian.

Acosta.

Camart.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.

Fr. Anton.